



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

neū licebit parētibus tuis dicere: vt placeat ipsis, te eorū domū pro Dei viui domo cōmutare; in qua ei perfecte seruias, & aternas habitationes pro ipsis impetres.

§. 2.

MEMORAMVS iam finem, explicando ampliùs omnes hæc rationes mirifica illa ratiocinatione, quam S. Bernardus nomine cuiusdam filij, qui parentes suos, vt Deo in Religione seruaret, deseruerat: quamuis illi repugnarent. Sic ergo loquitur: Sola causa, quæ te nō liceat obedire parentibus Deus est. Ipse enim dicit. *a Qui amat patrem & matrem plus quam me: non est me diligens.* Si me verè vt boni, & pij parentes diligitis; si veram, si fidelem erga filium pietatem habetis: quid me patri omnium Deo placere satagentem inquietatis: & ab eius seruitio, cui seruire, regnare est: retrahere attentatis? Verè nunc cognosco, quia *mimici hominis domestici eius.* In hoc vobis obedire non debeo; in hoc vos non agnosco parentes; sed hostes. *b Si diligeritis me gauderitis vique: quia vado ad meum atque vestrum; immò vniuersorum patrem.* Alioquin quid mihi & vobis: Quid a vobis habeo: nisi peccatum & miseriam? hoc solum quod gesto corruptibile corpus, de vestro me habere fateor; & agnosco. Non sufficit vobis, quòd me in hanc sæculi miseriam miserum miserum induxistis? quod in peccato vestro, & peccatores peccatorem genuistis? quòd in peccato natum, de peccato nutritis; nisi etiam inuidendo mihi misericordiam quam consecutus sum ab eo, qui non vult mortem peccatoris; filium insuper gehennæ faciatis. *o durum patrem; o sæuam matrem, o parentes crudelēs, & impios; imò non parentes, sed peremptores: quorum dolor, salus pignoris; quorum consolatio, mors filij est, qui me malunt perire cum eis, quam regnare sine eis.* Qui me rursus ad naufragium; vnde tandem nudus euasi: rursus ad ignem, vnde vix semiustus exiui: rursus ad latrones; a quibus semiuiuus relictus sum; sed miserante Samaritano iā aliquantulū conualui; reuocare conatur. & militē Christi propè iā raptō celo triumphantē: quod non in me glorior: sed in eo, qui vicit mundū: ab ipso iā introituro gloria: tanquam canem ad vomitū: tanquam suem ad lutū: ad sæculū reducere moliantur. Mira abusio. Domus ardet ignis instar à tergo: & fugiētī prohibetur egredi: euadenti suadetur regredi? Et hæc ab his, qui in incendio positi sunt; & obstinatissima dementia, ac dementissima obstinatione fugere periculū nolunt? Proh furor! Si vos contemnitis mortē vestram cur etiā appetitis meā? si in quā negligitis salutem vestrā: quid iuuat etiā persequi meā? Quare vos nō potius sequimini me fugientē: vt nō ardeatis? An hoc est vestri cruciatus leuamen, si me etiā perimatis; & hoc solū timetis: ne soli pereatis? Ardens ardentibus quod solatiū præstare poterit? Quæ in quā cōsolatio dānatis socios habere suæ dānationis? Quod vè remediū morientibus: alios videre moriētes: Nō hoc mihi persuadet diues ille qui in tormentis desperatus

Epist. 112.  
Mat. 10. 36  
37.  
104. 14. 2



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

de sui liberatione: rogabat nūciari fratribus suis: ne & ipsi veniret in locū  
 unde tormentorū: timens procul dubio ex suorū cruciatu auereri suū? Quis  
 ergo? Ibo & cōsolabor lugentē matrē meā, mea ad tempus visitatione, vt  
 aeternum lugam & me & ipsam sine cōsolatione: Ibo inquam & satisfaciam  
 patri meo irascenti: pro mei ad tempus absentia: consolandus & ipse ad  
 tempus de eius præsentia: vt postmodum & quisq; pro se, & vtriq; pro alterum  
 inconsolabili defolemur tristitia? En in huius exemplo Apostoli non acquies-  
 cens carni & sanguini: vocem audiā Domini iubentis. *c. Dimitte mortuos spū-*  
*live mortuos suos: Et cantabo cum Dauid: d. Renuit consolari anima mea. En in*  
*d. Mat. 8. 12*  
*c. Psa. 76. 3*  
*f. Iere. 17. 18*  
*c. Psa. 15. 6*  
 Ieremia; e *Diem hominis non concupiscit. Domine tu scis: Quid enim? Enma-  
 cedunt mihi in praclaris: & cælestis hereditas praclara est mihi: & terrena ad-  
 latat promissio: blanditur consolatio carnis? Gustato spiritui, necesse est de-  
 sperare carnem. Affectu cælestia, terrena non sapiunt. Aeternis inhiant. In-  
 stitio sunt transitoria. Desinite igitur parentes mei; desinite & vos frustra  
 plorādo affligere; & me gratis reuocādo inquietare: ne si si adieceritis nūcū  
 vltra mittere pro me: plus me elōgare cogatis. Si autē dimittitis: Clarum  
 Vallem in perpetuū nō dimittā. *g. Hac requies mea in saculū saculū: hic habi-  
 bo quoniam elegi eā.* Ibi pro meis atq; vestris peccatis iugiter orabo: ibi pro-  
 bus assiduis quod & vos cupitis, impetrabo, si poterō: vt qui eius amore hoc  
 modico tempore ab inuicē separamur: in alio sæculo simul felici & insepa-  
 rabili societate in eius amore viuamus: per omnia sæcula sæculorum: Amen.*

NEQUE ob ea, quæ hactenus diximus, naturalem obligationem negamus  
 aut tollimus, qua filij obstringuntur ad non deserendos parentes, vt se ad  
 Religionem conferant: quando scilicet, ad subueniendū valde grauius  
 eorum necessitatibus opus est illis adesse; in huiusmodi enim casibus ipse  
 met Deus iubet eos non deserere; sed eis adesse, & subuenire. Desideria igitur  
 tur, quæ tales sentiunt ad Religionem, etiam si valde sint feruentia, & ab ipso  
 Deo communicata non sunt, vt statim, neglectis parentibus, executioni mitta-  
 dentur; sed vt meritum ex eis maius acquirant: sicut etiam solet in eundem  
 finem desideria feruentia Martyrij, aut maiores quàm possint eleemosynas  
 faciendi, communicare. Nam in oculis Dei voluntas ad eam vehementer & re-  
 soluta pro ipso opere reputatur: cum eam exequendi facultas deest, ac possi-  
 bilitas. Extra hos autem casus, non sunt parentum audiendæ preces & ratio-  
 nes; quia idem Dominus vult non audiri, vt pote ipsius inspirationibus, appa-  
 re in ipsius gloriam, nostrum que commodum diriguntur, aduersantes. Sed  
 quoniam tentatio hæc solet etiam post emissam in Religionem Professionem  
 reuirescere; non tam vt retrocedamus, ac Professionem deseramus; quam  
 in ea langueamus, aliaque grauissima incommoda subeamus; ponemus in  
 Tractatu septimo specialia ad eam euincendam remedia.